Sed quia multi vicia prauos mo-
res non credunt propter assiduitatem
ut ait Seneca de vita beata
Ideo absque pudore homines criminibus
fruuntur virtutes quas acquirere non cu-
rant Et concludit ibidem Se-
neca, quod aliter est agendum in
via morum et aliter in via pedum
quia in moribus non est tuta
via qua sepius multi sequuntur
Sed in via pedum frequentata communior
est Et si mores conueniat sapi-
enti maxime tamen principi Sed
quero inquiramque unde principum
corrumpit mores estus enim et fas-
tus et superbia hoc faciunt Nam
si princeps humilis existeret mori-
bus floreret, sed superbia tollit
sensum mores quos corrumpit Uti-
nam attenderent principes verba
Darij loquentis ad alexandrum sicut
fertur in hystorijs Alexan-
dri qualiter Darius vulne-
ratus et in lecto positus Alex-
andro dicebat O fili alexan-
der ut plerique tua sapienciam
nouit totus mundus incorruptam
positus est Sic enim diuina pro-
uidencia a principio ordinauit
ut nichil esset constans vel
firmum sed totum variacioni subiectum
Cum autem quis ad tantum as-
cendit culmen, ut non iam ho-
minem sed deum se existimet mox
ad yma ruit et dum eius casum
se meruisse cognouerit et
deorum benignitatem inuoca-
uerit, ne laqueum desperacionis
incurrat subito de eorum misericordia
subleuatur Et subdit Consi-
dera inquit fili, quid fui heri
et quid sum hodie Nam rex
regum et dominus dominantium vocabar
et nunc absque potestate lugeo, quia
vana supersticione seductus dijs
volui assimilari Conside-
randa est etiam ipsius Nabucho-
donosor hystoria qui dum ele-
uaretur corruit sensum perdidit
et tamquam brutum cum feris vixit
habitatus tamen postmodum re-
stitutus fuit Ideo propheta dice-
bat Quoniam iniquitatem meam
ego cognosco Absit igitur sup-
erbire que in mundo fuit quibus
nulla securitas est vnde Bern
Nusquam inquit est securitas neque
in celo neque in terra neque in paradi-
so Nam qui de celo cecidit an-
gelus a sede maiestatis Adam
cecidit de paradiso voluptatis
et de mundo cecidit Judas de sco-
la sanctitatis Similiter igitur
considerantes diei finalis terrorem
Vnde Bern Tunc inquit erit
superius iudex iratus Inferius
chaos horrendum a dextris peccata
accusancia a sinistris infinita
demonia ad supplicia trahencia
Interius erit consciencia vrens
et exterius mundus ardens Quid
igitur faciet peccator Nam latere
impossibile erit et parere hor-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0242
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg